



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Prologvs In Sermones Ad Novitios Regvlares.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

PROLOGVS
IN SERMONES
AD NOVITIOS
REGVLARES.

Dilectis in Christo fratribus, Innocentio, Simpliciano,
ac cæteris Crucifixi discipulis, sacræ Religionis dis-
ciplinam diligentibus: Frater peregrinus, in valle la-
chrymarum degens, orationum vestrarum iuuani-
na humiliter petens:

Pax Christi in cordibus vestris abundet, & patientia
multiplex vobis & mihi in cruce Christi cōdonetur.

SERMONES, quos per modum dulcis collationis, pro Novitijs
nostris, diuersis quidem temporibus, in unum collegi, vobis
in charitate communicare piū censui, iustumque existimavi.
Quamvis igitur incultus sit sermo, & materia non ardua: tamen
simplicibus platere cupiens, quod Dominus inspirauit & dedit,
libenter p̄ys & deuotis offero ad legendum. Quod si forte indis-
cretus sermo quempiam offenderit, peto, ut venia concedatur
exiguo, atque in melius reformetur, quod absurdum foris sonare
videtur. Et quia exempla sepe plus mouent audientes quam so-
la verba, idcirco more B. Gregorij instructus, in plerisque locis
post finem sermonis, pro maiori assertione exempla quadam (sicet
memoriae occurrabant) breuiter annotavi. Gratianer Fratres ac-
cipite, que vobis sicut dilectis amicis offero. Oretis, ut sint omnia
ad honorem Dei & multorum prefectum.

Sciendum est quod iste liber continet triginta sermo-
nes, & habet tres partes.

Pars prima continet IX. sermones, ad designandam IX. ordines
Angelorum.

Secunda pars autem continet X. sermones, ad designandum Decalo-
gum legis, secundum numerum X. præceptorum.

Tertia pars vero continet XI. sermones, ad designandum statum Re-
ligiosorum, in renunciatione seculi, & batusatione crucis, secundum
consilium nostri Salvatoris dicentis: Qui vult venire post me, abne-
get semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.



SERMONES PARTIS PRIMÆ.

<p>De concordia Fratrum, & melodia diuina laudis. De laude bone congregacionis. De verbis & consilijs seniorum humiliter audiendis. De bonis colloquijs inuicem habendis. De patientia conseruanda inter desiderios & peruersos. De vigilijs nocturnis, contra impugnationem soporis. De custodia oris, & diligentia operis, cum obedientia superioris. De vana gloria cauenda: quod soli Deo laus est exhibenda. De periculo multorum malorum, ex multiloquio verborum.</p>	<i>Sermo 1.</i> 2 3 4 5 6 7 8 9
---	---

SERMONES PARTIS SECUNDÆ.

<p>De multis tribulationibus iustorum, pro regno celorum. De quotidiano martyrio & bello in statu Religionis. De sapientia Confessorum, & continentia Religiosorum. De cauta custodia cordis, & gratia interna devotionis. De constantia & perseverantia in statu Religionis. De cauta custodia iuuenum contra multas tentationes. De stricto Dei iudicio, ubi accusabunt nos omnes creature. De vana gloria vitanda, & humili obedientia sectanda. De spirituali militia contra vitia. De varijs bellis & periculis huius vite.</p>	<i>Sermo 1.</i> 2 3 4 5 6 7 8 9 10
---	---

SERMONES PARTIS TERTIÆ.

<p>De Cruce quotidie tollenda, in Religione assumpta. De veneratione & commemoratione beatæ Mariae Virginis. De laude dulcissimi nominis IESV, & dulcissime matris eius Mariae. De denoto seruitio beatæ Virginis, & recordatione nominis eius. De dolore & consolatione beatæ Mariae Virginis. De excellentia meritorum, & priuilegijs B. Mariae Virginis. De tribus speciosis vestibus beatissima Agnetis virginis. De aurea corona in capite sanctissima Agnetis virginis. De dedicatione Ecclesiæ. De quinque luminaribus templi. De ornamentis & moribus ministrorum in templo Dei. De quatuor conditionibus, ad edificationem & decorum domus Dei pertinentibus.</p>	<i>Sermo 2.</i> 2 3 4 5 6 7 8 9 10 XI
---	---

PRIMA

